Rex cum suis capitaneo et militibus obsidet arcem Fürstestein[4]) am Blawen II miliaribus a Basilea. Dominus de Ratperg[5]) erat in arce. Episcopo enim adherebant familie[6]) dicte de Ratperg[7]), Vorgassen[8]), Zer Kinden[9]), Lůrach[10]), Kraft[11]), et cives plerique Basilienses. Exadversum regi adherebant familie dicte Monachi[12]) et Scalarii[13]).

Cum Kalendis Maii rex Albertus a filio fratris sui[14]) duce Johanne[15]) occisus esset, venit sequenti nocte quidam ad arcem Fürstenstein tum obsessam clamitans domino de Ratperg: Rex est occisus. Statim postero die qui arcem obsiderunt, obsidionem solverant. Sed qui in arce fuerunt, Basileam veniunt et nobiles dictos Monachos ex curia eorum apud Sanctum Petrum armata manu fugant et plus quam quinquaginta plaustra vini effundunt iuvantibus episcopo et civibus.

Occisores regis Alberti

Dominus de Palma[16]) moritur Basilee latitans in domo conversarum sororum.

Altenburen[17]) destruitur a regina. Decapitantur ——— L. Dominus de Eschibach[18]) fuit pastor in comitatu Wirtenberg XXXV annis. Hic moriens dicit, quis fuerit. Qui etiam honorifice sepelitur.

---

[4]) *Burg Fürstenstein (Kt. Baselland).*

[5]) *In Frage kommen Johannes von Rotberg, 1295 Ritter, gest. vor 1358, und Wernher von Rotberg, urkdl. 1302—1308. Vgl. MvN S. 69, 1 f., wo beide Brüder als an der Belagerung beteiligt genannt werden.*

[6]) *Vgl. MvN S. 68, 21:* Zerkinden, Vorgassum, de Raperg, de Lůrrach, de Schőnenberg, Pincerne.

[7]) *Von Rotberg, Ministerialengeschl. Vgl. OG 3, 635.*

[8]) *Adelsgeschl. in Basel und im Sundgau. Urkdl. Vorgazzun erstmals 1236. Vgl. H S. 68, Anm. 4 und OG 1, 379 f.*

[9]) *Zur Kinden, Basler Ministerialengeschl. der Bischöfe. Vgl. OG 1, 284 f.*

[10]) *Von Lörrach.* Milites de Lorracha *1238 als Lehensleute der von Usenberg. Burg Lörrach im Wiesetal bei Basel. OG 2, 526 f.*

[11]) *Von Kraft. Basler Adelsgeschl. OG 1, 361.*

[12]) *Münch von Basel, OG 2, 151 f.*

[13]) *Von Schaler. Basler Adelsgeschl. Vgl. W. Merz, Die Burgen des Sisgaus Bd. 3 (1911) S. 223 ff.*

[14]) *Rudolf von Habsburg, geb. um 1270, gest. 1290.*

[15]) *Johannes von Habsburg, gen. Parricida, geb. um 1290, gest. 1313.*

[16]) *Vgl. MvN S. 69, 3 und H S. 69, Anm. 11: Ulricus de Palma hieß laut Achtspruch Růdolf von der Balmen. Gest. vor 1349/50, eher vor 1329 (H S. 73, Anm. 2).*

[17]) *Altbüren (Kt. Luzern). Zerstörung der Burg Mai 1309. Die Zahl der Enthaupteten ist unsicher (H S. 73, Anm. 2).*

[18]) *Walther von Eschenbach, Ritter 1309, gest. 1343.*